

G. Fratres de ordine Predicatorum eisdem
 ordinis frater qualiscumque salutem, et
 vitam extirpatis pueros in fide et moribus
 instruere diligenter. Libellum de instru-
 ctione puerorum ad preces plurimum fra-
 trum, ex Actis maiorum et sanctorum au-
 ctoritatis compilatum, ut detur occasio
 sapienti, nolo volentibus denegare. Et si
 rudia et pauca sint et videantur que scri-
 pta sunt, secundum sapientem, aper-
 ta et simplicia decent bonitatem. No-
 ta enim superbie indicatur subtilia
 magis quam utilia proferre. Unde Gile-
 bertus qui in conventu fratrum student
 magis alta quam apta proferre erube-
 scunt plana et humilia. Ne hec sola
 scire videantur. Et si minus congrue et
 compositae sunt ordinata, licet quod a
 sapiente dicitur: Oratio que veritati dat
 operam incomposita debet esse et simplex.
 Humilia enim et simplicia utilia sunt
 et placent frequenter. Unde Quintilia-
 nus: In grandibus cenis hoc sepe nobis
 accidit, ut cum optimis saciati sumus

+ Gilbertus

+ Quintilianus

satisfactio tamen nobis ex videribus grata sit.
Sumat ergo qui voluerit quod pro pueris
instruendis est oblatum.

De instructione puerorum.

De probationibus quod pueri sunt in-
struendi.

De probatione per auctoritates.

De probatione per rationes.

De ~~per~~ probatione per exempla.

De illis qui tenentur pueros instruere

De instructione per parentes.

De modis instruendi.

De instructione per patrinos.

De castitate puerorum.

De iustitia puerorum.

De caritate puerorum.

De instructione per magistros.

De moribus magistrorum.

De instructione in fide et moribus
et scientia.

De instructione in fide.

De multiplici acceptione fidei et sim-
bolo quare sic compositus et de quibusdam
auctoribus

De instructione morum.

De

De honore parentum.

De moribus virginum.

De scientia qua pueri sunt instruendi.

De modo acquirendi scientiam.

De modo studendi.

De familia regenda.

De pauperibus.

De sermonibus ad pueros.

De instructione puerorum.

Simon Johannis diligis me? Pasce
agnos meos. Pasce inquam, quia michi
gratum, tibi lucrum. Agnis necessarium,
pasce, quia preceptum meum. Officium
tuum agnorum alimentum. Noli con-
tempnere preceptum, officium negligere,
subtrahere victum, sed pasce, si amas,
si diliges pasce. Nunquid de agnis tanta
est cura Deo ut preces cum de dilectione
totiens teneretur pro eis alendis, tamen ma-
gis pro pueris instruendis, informandis in
moribus et scientia salutari. Et quia
amicus est tui precipit Deus. Amicus
pro quo precipitur proximus amicus de-
bet esse cui precipitur. Qui tanto ma-

+ Johan FXV, 16

diligis

gis amicum Dei et proximi se probabit, quare
to amabilius, sollicitius, perfectius quod sic
ex amore preceptum est adimplebit. Proba-
tio enim dilectionis est exhibitio operis. ^{Primo} Se-
cunda, hec sola et vera est probatio inte-
gra amoris in Deum, Si ergo frater) studea-
mus curam solliciti exercere laboris.
Idem pascere oves xpi est redentos xpo
ne a fide deficient confirmare, et ut
magis in fide magis quam proficiant,
instanter operam dare. Dicit sapiens:
Hoc curandum est omnibus, ut si qui pre-
stantiam veritatis et ingenii forte con-
secuti sunt communicent cum proximis,
spiritus enim ingenii, virtutis, fortitudinis
omnisque prestantie, tunc maxime capitur
cum in proximum quamquam constitutus et hoc
plurimum est gratum Deo, sed quod dici-
tur eis. Nichil inquam a Deo est gratum
Deo sicut vivere per vos autem agni sunt
pascendi. De probationibus quod pueri
sunt instituendi communem utilitatem.
Nest pueri instituendi docent scripture, pro-
bant rationes, monstrant exempla. Et
primo adducende sunt scripture, que
hoc

+ 1. q. 1.

erga fratres

+ Sapientia

1. p. 3 v.

† (a linea)

hoc docent, secundo rationes, tercio exempla.

De probationibus per auctoritatem.

Quod pueri sunt instituendi docet Scriptura
Deut. ^{ix} ^{or} Ne obliuiscaris verborum que vide-
runt oculi tui, et ne excidant de corde tuo cum
otio diebus vite tue: docabis ea filios tuos ac
nepotes tuos. Item Deut. xxxij f. Ponite cor-
da vestra in omnia verba mea, que ego testi-
ficor vobis hodie ut mandetis filiis vestris
custodire facere et implere universa. Item
Ijob ultimo: Seruite Domino et inquirete, ut
faciatis que placita sunt illi, et filiis vestris
mandate ut faciant iusticias. Item Eph. v:
Patres nolite ad iracundiam provocare fi-
lios vestros, sed educate illos in disciplina
et correptione Domini. De hoc qui quesierit
multa poterit invenire.

+ Deut. xv. 9

+ Deut. xxxij 1/46

+ Job. xiv, 10-

+ Eph. v. 4

Patres

De probationibus per rationes.

Nostris auctoritatibus quod pueri sunt
instruendi ^(addende) vidende sunt rationes. Que
una est ut tollatur pronitas ad malum,
que in ^(iuvencibus) viventibus maxime reperitur. Unde ^{Jo}
iij libro de a. d. xxij. Quis ignorat cum quan-
ta veritatis ignorantia que iam in infan-
tibus est manifesta, et cum quanta vane

Invenimus

cupiditatis habundantia, que incipit apparere
in pueris, Homo in hanc vitam veniat ^(vult) ita
ut si vivere dimittatur ut velit et facere
quicquid velit in omnia vel in multa faci-
norum et flagitorum genera perveniat.

Nam luxuria, invidia, insana gaudia, homi-
cidia, pernicia et huiusmodi omnia ab illa
radice erroris ac perversi amoris oriuntur.

Cum qua omnis filius Adam nascitur. Sed
illud ^(Ieron.) ~~lumen~~ y. Bonum est viro cum porta-

+ Ieron. III, 27-

verit. et cum glo. Hoc est etas fugit et labi-
tur et inscia. Super illud Genesis vii. Sensus
et cogitatio ^(humani) ~~hominis~~ ^(glossa) etc. Corruptionis malum

Gen. viii-21

quod unusquisque vestrum ab ortu carna-
lium desideriorum sumpsit exercet in pro-
vectu etatis, et nisi hoc citius divine forti-

tudinis reprimat manus. Omne bonum con-
dite nature culpa ^(repente) ~~reponite~~ vocat in profun-
dum, ^(propter?) script. talia dicit Augustinus. Nonne

+ Augustinus

hinc apparet quam humana natura
velut pondere suo ^(proclivis) ~~protervis~~ existat, quanta
ope ut inde liberetur indigeat. Ideo super

+ Eccl. II, 6.

illud hortare iuvenes, ad Tytamy Bene dicitur
Quia inventus modum egredi solet, immo
pronior esse ad lapsum. Ideo salubribus

retinaculis

retinaculis contineri iubetur, ut infrenata
divinis legibus gubernetur. Suadendum ergo
esset quod xy. q. 1 dicitur⁺. Ibi enim ergo legi-
tur: Omnis etas ab adolescentia in malum
prona est, et ob hoc constituere oportuit,
ut si qui impuberes, aut adolescentes in
clero existant, omnes in uno conclavi con-
veniant, ut lubricae etatis annos, non in
luxuria sed in disciplinis ecclesiasticis agant
deputati ^(lege: probatissimo) pro baptismo seniori. Item alia
ratio quare pueri debent instrui potest esse
quia facilius possint instrui et flecti ad
bonum dum adhuc sunt minores quam si
essent vitis indurati, perversi enim dif-
ficile corriguntur, maxime indurati, sed
sicut virgula facilius quam trabes fle-
ctuntur. Et cera mollis facilius quam
dura impressionem recipit. Sic iuniores
facilius quam seniores in scientia et mo-
ribus erudiuntur. Unde poeta: In puero
est etas mollis et apta regi. Virgilius: Hor-
tare vique insiste domandi. Dum faciles
anni iuvenum, dum mobilis etas. Quinti-
lianus: Etas hominis tunc maxime infor-
manda est quando mollis et tenera, quando

+ Xant.

+ Lacta

+ Virgilius

+ Quintilianus

simulandi nequa est, et precipientibus facile
lime cadit. Cyprianus: Divinam auctorita-
tem multo melius excolam, que nullo adhuc
maligni aratri vomere ulnerata (sic) est.

+ Cyprianus

Ambrosius: Dum etas in adolescente viget,
dum sanguis estuat dum debilitas ignora-
tur, dum letitia frequentatur grandis mo-
rum assuefacienda est maturitas ab in-

+ Ambrosius

fantia discimus. Solummodo artem bene
vivendi in servitute addiscere volumus
quod faciendum esset in inventute, licet

(fol. 4.
} quo natura
vincatur.
sapiens
dicit quidem quod
omnes artes
mechanicas ab
+ Eccl. xxx, 12

quod dicit Eccl. xxx: Curva cervicem eius
in inventute, tunde latera eius dum infans
est. Quia sicut dicit ^(Seneca?) Seneca: Educatio et di-
sciplina mores facit. Et hoc monstrat Au-

+ Seneca
+ Augustinus

gustinus dicens: Adiuvet me intentio carita-
tis vestre. Omnis homo ubicunque nasce-
tur ipsius terre vel religionis vel civitatis
vel magistrum discit illius imbruitur mo-

ribus et vita. Quid faceret puer natus in-
ter paganos, ut non coleret lapides quando
istud cultum insinuaverant ^(parentes) pereuntes. Un-
de prima verba ^(illius) audivit, illud errorem cum
lacte suxit. Sic pagani a paganis, indei
a indeis, heretici ab haereticis in puericia

facile

facile inficiuntur. Sic pueri vestri boni es-
sent xpiani si in pueri instruuntur dili-
genter per se autem instrui non possunt
quod probat Hieronymus dicens: Qui variam su-
pellectilem et vilia opuscula fabricant
absque doctore esse non possunt, quod cu-
piunt, ut sciat unusquisque morum et
scientie sine previo et monstrante se-
mitam, non posse ingredi. Unde ipse
idem, qui nullum sequitur previum pos-
sumus (sic) se ipsum facere magistrum.
Socrates dicit: Semper ad discendum se
pauperem credidit, ad docendum locuple-
tissimum se fecit. ratio alia quare
pueri sunt instruendi est, quia per hoc
radicantur et confirmantur in bono, quia
que in iuventute accipiunt usque in
finem firmissime tenent; quod testatur
Salomon Prover. ^{xxii}xy, dicens: Proverbium est.
Adolescens iuxta viam suam etiam cum
senuerit non recedet ab ea, quod in ma-
lo verissimum est. ^(Securidum) Sed quod dicitur a
Quintiliano: Frangas inquit citius quam
corrigas que in pueros duraverunt
Sapien. xy, dicitur: Naturalis erat ma-

+ Hieronymus

+ Hieronymus

+ Socrates

+ Prov. xxii, 6

+ Quintilianus

Sap. xii, 10

licia eorum. Gl. permanens et inveterata.
Semper autem talis malicia tractatur in-
sanabilis. Jo. xxx, Arct. Leprosus vetustissi-
ma incurabilis. Lev. xiv: Ad horum con-
firmationem ^(grava) grata narrat historia Ale-
xandrum, et moribus et incessu Leonidis
magistri sui non potuisse carere et viciis
quibus infectus fuerat in inventute M. (?) ^{Arctus}, ix, 27
ix legitur. quod discipuli Salvatoris non
potuerunt curare illum, qui ab infantia
vexabatur. Basilius magnus: Sicut non
potest quis didicere linguam vel sicut
nec iuxta peccati consuetudinem, nec
mirum. Dicit enim Galienus: Consuetu-
do est acquisita natura. Flaly. etiam di-
cit: Consuetudines acquirete ab adole-
scentia sunt connaturales. Ex hiis pa-
tet quomodo consuetudo q. confirmat in
malo. Sic et in bono confirmat. Dixit
enim quidam sic: Meditemus continen-
ciam, sobrietatem, iusticiam et huiusmo-
di et complemus hoc ad invicem, et inscri-
bamus animalibus nostris, et hec omnia
in domo, in amicis, in uxore, in pueris
exercitemus, et interim a primis facilio-
ribus

Jo. (1)
Levit. xiii, 11

Arctus, ix, 27
+ Basilius magnus

Galienus

Quidam (1)

ribus incipiamus. Si enim consuetudine huiusmodi bonae philosophiae te ipsum constitueris, non poteris transgredi aliquid iniuriosorum consuetudine firmitatem naturae mutantem. Quae admodum enim dormire facile est, et comedere, et bibere, et respirare; ita quae virtutis sunt erunt nobis facilia. Salustius: Plura sunt, quae licet + Salustius gravia sunt ex consuetudine cum habentur pro nichilo. Ex his patet quam verum sit quod dicit Aristoteles: Non parum (confer?) + Aristoteles a iuventute sic vel sic assuesci magis ante omne.

De probationibus per exempla.

Missis rationibus quod pueri debent instrui dum adhuc in pueritia consistunt, videnda sunt etiam exempla quae hoc ipsum monstrant evidenter. Exemplum habemus ab Abraham, de quo dixit Dominus. Gen. xviii: Non celare potero Abrahae quae gesturus sum etc. Scis enim quod preceptorus filiis suis sit, et domui suae post se, ut custodiant viam Domini et faciant iusticiam et iudicium. Glo. Secundo notifico ei iudicia mea, ut sequacibus nota faciat. Habemus Gen. xviii. 17 (fol. 4^v)

etiam exemplum de Davide, qui filium suum
Salomonem docuit, secundum quod ipse te-
statur est. Prover. iij: Ego, inquit, fui filius ^{+ Prov. 14, 3.}
tenellus et unigenitus coram matre mea, et do-
cebat me. (sc. iij & iij. A.) Confortare et esto ^{III Reg. II, 2.}
vir fortis et observa etc. Item exemplum de
Thobia qui habuit filium quem ab infancia
Deum timere docuit et abstinere ab omni
peccato. ^{+ Item de Susanna quam parentes}
Item de Susanna quam parentes ^{+ Job. IV, 1-19.}
erudierunt. Daniel. xij ^{+ A.} Item exemplum ^{+ Dan. XIII, 3.}
de matre beati Bernardi, de qua legitur ^{+ S. Bernardus}
quod operibus misericordie insistens filios
enutrivit in omni diligentia. Cum autem
^{(lege: curavit) on: enervavit} curassent quamdiu sub manu eius erant
peremo magis quam curie nutriebant ^(lege: nutriebat)
non patiens delicatioribus assuescere cibos,
sed grossioribus pascens, et sic eos pre-
parans et instituens Domino inspirante,
^(quasi) qui continuo ad Dei servicium transmitten-
do. Augustinus: Monebat me mater mea ^{+ I. Augustinus}
cum ingenti sollicitudine ne fornicarer,
et maxime ne adulterarem, qui mihi
monitus muliebres videbantur, illi autem
tui erant Deus meus. Item Augustinus ^{+ I. Augustinus}
de matre sua: Nutriebat filios dociens
eos

eos parturiens quociens a te deviare cernebat, lib. ix confes. Exempla talia et talium facta monstrant quod pueri sunt instruendi.

De illis qui tenentur pueros instruere.

Missis auctoritatibus et rationibus et exemplis quod pueri sunt instruendi, videndum est a quibus hoc fieri debeat. Et qui sunt qui ad hoc specialiter tenentur. Hi sunt parentes, patrini et magistri. De parentibus dicit Eccl. xxx. [†] Qui docet filium laudabitur in illo, et in medio domesticorum gloriabitur. Glo: Patres tam carnales quam carnales (sic) spirituales monet ut filios suos diligenter erudiant ut honeste vivant. Item Dan. xiv [†] legitur ^{+ Eccl. xxx, 2} de Susanna quod parentes eius cum essent iusti erudiebant filiam suam secundum legem Moysi. Glo: Hinc parentes ammonentur ut doceant secundum legem Dei non tantum filios suos sed etiam filias. ^{+ Dan. xiii, 3.} Debent ergo tam patres carnales quam spirituales docere filios suos ne semetipsos perdant cum filiis si fuerint indiscipli-

nati, secundum quod dicitur Eccl. xij: Confusio est patri de filio indisciplinato in presenti, et in futuro. Eccl. xly: Queruntur filii de patre impiis, quoniam super illum sunt in opprobrium. Glo: Qui male filios suos nutrit vel exemplo perdit, reus est eorum perditionis. Sapient. iij: Ex iniquis omnes filii qui nascuntur, testes sunt nequitie adversus parentes in interrogatione sua. Glo: Docet spirituales patres, ut filios erudiant et corrigant, nec eis immoderate frena relaxent ne cadant in turpitudinem vitiorum, et ipsi ignorantiam sustineant sempiternam. Ad idem Genes. xix: Incurrit Sodomam et Gomorram. Glo: Infantes cum parentibus in Sodomis criminati sunt. Parentes quoque tam pro se quam pro eis sunt rei. Mors enim filiorum crimen est parentum. Ideo futuri sunt accusatores eorum. Augustinus. Valde inutiliter et perniciose sentit filius lenitatem patris, ut iuste Dei sentiat severitatem, et hoc non solus, sed cum dissoluto patre suo, et merito sint. Quintilianus ait: Veniam, inquit, liberorum nostrorum mores non ipsi

+ Eccl. xxii, 3

+ Eccl. xli, 10

+ Sap. iv, 6

+ Gen. xix, 28. (lege Sodomam)

+ Augustinus

+ Quintilianus

ipsi perderemus. Infantiam enim statim
deliciis solvimus. Nam illa quam indul-
gentiam vocamus, educatio mollis nervos
omnes frangit mentis et corporis. Ager-
dum est ergo quod dicitur xxv, n. 1. [†] Ubi
enim ^{Asie} legitur: Agenda sunt multa etiam
cum minus benigna quadam asperitate
plectendis, quorum potius consulendum est
utilitati quam voluntati. Et quod sic non
fecit Hely. Accidit quod dicitur. i. 9. [†] Erat
puerorum peccatum grande nimis. Glo: Ni-
chil horum vita a tyrannide differabat pes-
sima. Unde et Hely pro eorum iniquitate
dampnatus est. [†] Item Beda. [#] Quia fera pie-
tate superatus Hely ferire delinquentes
filios noluit apud districtum iudicem se
ipsum cum filiis crudeli dampnatione
percussit. Ecce ergo licet sapientem filium
tuum et operare in illo, ne in turpitudinem
illius offendas, et etiam cum filiis glorieris
in presenti et in futuro, iuxta illud: [†] Qui
docet filium suum laudabitur in illo. Glo:
Non solum laudem sed perpetuam laudem
habebit in consorcio sanctorum. Si ergo
mali patres pro malis filiis dampnabuntur

Quintilianus
ibid.

[†] I Reg. II, 17.

[†] I Reg. II, 22 19

[#] Beda -

[†] Coeli-XXX, 2.

et boni patres pro bonis filiis glorificabuntur.
Necesse habent parentes tam spirituales
tam carnales filios castigare.

De modis instruendi filios.

Notandum autem quod pueri sunt
castigandi verbo, exemplo, verberare. Verbo quia
primo rogandi sunt et monendi; ut discipli-
nate vivant. ^(secundum) Sed illud quod dicitur super: ^{+ Ephes. iv, 4.}

Educate filios vestros in disciplina. [†] Glo: In
disciplina verborum. Sic instruebat Salo-

mon filium. Prover. iij [†] dicens: Filii ascul-
ta sermones meos, et ad eloquia mea incli-
na aurem tuam. Instruendi sunt etiam
exemplo. Sic enim debet pater vivere ut fi-
lius videat quomodo sit vivendum. Prover.

ij: [†] Audi fili mi et suscipe verba mea. [†] Prov. iv, 10.

Glo: Doctus modo exemplo alicuius amat
unusquisque sequi viam parentum. iij.

^(Reg) Reg. xvij legitur. Quod Amasyas iuxta [†] IV Reg. xviii, 5.

omnia que fecit Iosabab pater suus fecit. Item [†] IV Reg. xvii, 21.

ij Ex. xvij G. dicitur: Filii eorum et nepotes
eorum sicut fecerunt patres sui, ita fa-
ciunt usque in presentem diem. Si pueri
non corriguntur verbo et exemplo, tunc
adhibenda sunt verbera, iuxta illud Eccl-
iasticus:

sastici xxx: Tunde latera eius dum infans est. Prover. xy. Qui parcat virge odit filium.

+ Eccli. xxx, 12 -

Augustinus. Prohibitio et eruditio contra istas cum quibus nascimur tenebamus? invigi-

+ Prov. xxxiii, 24

+ Augustinus

lant et contra hos opponuntur impetus. Plene tamen et ipse doloribus et laboribus. Quid enim sibi volunt multimode formidines

que cohibendis parvulorum adhibentur vanitatibus, quid pedagogi, quid magistri, quid

ferule, quid virge. Quod enim huiusmodi penis agitur nisi ut imperitia debelletur et

prava cupiditas infirmetur. Sed sicut dicit Augustinus: Fratres Patres equos suos domant

+ Augustinus

a puericia, iuvenes autem suos respicientes irrefrenatos discere permittunt. Aves autem

pullos suos et fere feras ^{feta?} domant. Ut aquila provocat pullos suos super eos volitans. Leo

et lupus ut dicitur docent catulos capere predam. Multa autem bona proveniunt ex verberatione filiorum. Quia sic de corde stultitia expellitur. Prover. xy.

Stultitia colligata est in corde pueri, et virga discipline fugabit eam, aliud bonum est, quia sic acquiritur sapientia. Prover. xxxj.

+ Prov. xxii, 15

Virga atque correctio tribuit sapientiam. Item liberat a

+ Prov. xxix, 15

morte. Prover. xxij: Tu virga percutis eum; [†] Roy. xxiii, 14.
et de inferno liberas eius animam.

De instructione per patrilinos.

Dico quod parentes tenentur instruere filios, videndum est de patrilinis, qui illos quos de sacro fonte susceperunt debent instruere. Unde Augustinus: [†] In baptizato pactum cum Deo fecistis. Quidem per se quidam per fideiussorem, qui eum de sacro fonte susceperit. Unde de consecra-
tione, [†] Distinctione iij: Vos autem tam viros quam mulieres qui filios in baptizato suscepistis moneo, ut vos cognoscatis fideius-
sores apud Deum extitisse pro illis quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideo sem-
per eos ammonete ut castitatem custo-
diant, iustitiam diligant, caritatem te-
neant, ante omnia symbolum et orationem Dominicam, et vos ipsi tenete, et illi quos excepistis ostendite. Et nota quod dicit ca-
stitatem custodiant quo ad se iustitiam diligant, quoad proximum caritatem te-
neant quo ad Deum.

De castitate puerorum.

Castitatem debent pueri custodire donec
matrimonio

matrimonio coniungantur, ut dicit Augusti-
nus: Dignum est, inquit, ut vir virginitatem
suam usque ad nuptias custodiat, sicut fe-
cit Isaac. Si Isaac xl annorum existens
sponsam duxit in virginitate etatem omnem
illam ducens, multo magis iuvenes qui in
gratia sunt, habent philosophiam addiscere,
oportet vel autem cum x milibus impleti
fuerunt sordibus, tunc eos ad nuptias ductos
vane et inaniter. De homo ^(Boobis) legitur quod cum
moneret pater suus quod attenderet sibi
ab omni fornicatione. Respondit: Omnia que
cumque precepisti michi faciam pater. Si
nunc servasset virginitatem usque ad nu-
ptias, tunc provisionem Dei uxores acci-
perent. Datur enim a Domino proprie uxor
prudens. Prover. xxx: Multa bona eis prove-
nissent. Sicut homo ^(Boobis) et filiis suis, de quibus
legitur Tho. ultimo: Omnis generatio cuius
in bona vita, et in conversatione sancta per-
mansit ita ut accepti ^(eius) essent tam Deo quam
hominibus et cunctis habitatoribus terre.
Quia sicut dicit Cris. super Mt. j. d. Quis im-
perium Dei accipit uxorem a Deo provisam
in virtute generat filios, et in se ipsis

+ Augustinus

Vide Textum
Augustini

+ Job. v, 1.

+ Prov. xix, 14.

+ Job. xiv, 17

(fol. 5^v)

+ Augustinus

cem habentes et prevalentes. Qui autem accipiunt uxores ex provisione diaboli, id est non religionis intuitu, nec fideles in infirmitate generant filios non prevalentes nunquam nisi in malo fortes, et ad penam irreligiositatis sue, nec ad gaudium, nec ad consolationem videntur filios genuisse. Item super illud: Boor genuit Abech ^(obed) dicit idem Crisostomus: Abech interpretatur subditus. Nunc autem qui divitias eligunt et non mores, pulchritudinem et non fidem, et quod in meretricibus queri solet, hoc in coniugibus optant. Propterea non generant subditos filios vel sibi vel Deo, sed contumaces contra se, et contra Deum, ut filii eorum non sint stricti virtute coniunctionis eorum, sed pena condigna irreligiositatis eorum. De talibus potest dici illud Sapientie 17: Mulieres eorum insensate sunt, et nequissimi filii eorum. Propter hoc patres et patrini semper moneant filios ut non currant ad coreas, sed fugiant. Augustinus: Non tenetur ^(tenetur) promissioni tue fidem modo ingrediens ecclesiam orationes fundere postmodum in spectaculis cum ystrionibus impudice

+ Matth. I, 1
+ Chrysostomus

+ Sap. III, 12

+ Augustinus

impudice clamare. Augustinus: Demionum
 mundine theatra sunt... Augustinus: Non
 est fas introire in festivitatem sathani-
 cam. Ex predictis patet quod multum fu-
 giende sunt festivitates, precipue chorea-
 rum, quia Deo multum displicent. Que
 festivitates et maxime choree quia mul-
 tum displicent Deo, dicit Deus per Isaiam:
 Festivitates, inquit, vestras odivit anima
 mea. Laborem sustinemus. Iniqui sunt
 cetus vestri, per Osee dicit: Visitabo super
 eam dies Balaym; quibus attendebat incen-
 sum et ornabatur in aure sua et monili
 suo, et ibat post amatores. Et mei obli-
 scabatur. Per Ezechielem etiam dicit: Pro eo
 quod plausisti inani, et percussisti pede,
 et gavisa es toto affectu super terram
 Israel eradam te in direptionem gentium
 et interficiam te de populis. De choreis
 require in summa de vicis. Ante omnia
 pueri fugiant mulieres, consilio Pauli
 dicentis: Fugite fornicationes exemplo Jo-
 seph qui fugit relinquens pallium mu-
 lieri, precepto Domini. u. Ez. xj a. Non in-
 gredimini ad eas, certissime enim avertent

+ Augustinus
 + Augustinus

+ Is. I, 14.

+ Osee, II, 13.

+ Ezech. xxv, 6.

+ I Cor. vi, 18

+ Gen. xxxix, 12

+ III Reg. xi, 2

corda vestra. Ut legitur de Salomone ^{+ in mmo} sermo
subvertunt, ut legitur de senibus. Daniel.

Concupiscentia subvertit cor tuum immo
auferunt cor. ⁺ Osee: Fornicatio auferit cor,
licet et corpus dicit Apostolus: ⁺ Qui forni-
catur in cor suum corpus suum peccat.

Unde omnia perduntur per mulieres.

Unde Ecclesiast: ⁺ Non des fornicariis in ullo
animam tuam ne perdas te, et animam
tuam, et hereditatem tuam. Est luxuria
ignis usque ad consumptionem devorans.

Ut patet in filio prodigo, qui omnia con-
sumpsit, et in Rubem ⁺ qui effusus est si-
cut aqua, ne aliquid remaneret huius et
aliis causis plurimis fugiende sunt nimi-
rum mulieres. Debent etiam patrini mo-

nere quos de sacro fonte susceperunt, ut in-
stitiam diligant, hoc est ut non sint usu-
rarii, falsi mercatores, fures, raptores et
huiusmodi, quia sicut quod dicit Micheas: ⁺

Due de mercede meretricis congregata sunt
usque ad mercedem meretricis revertuntur

Poeta: ⁺ ~~enim~~ Non habent ^{habet} eventus sordida
preda bonos. ⁺ Isaias xxxij: Ve qui predare
non et ipse predaberis. Preterea talibus

renunciavimus

+ III Reg. xi

+ Dan. xiii, 16.
Osee. iv, 11.
+ I Cor. vi, 18.

+ Eccli. ix, 6.

+ Luc. xv, 30

+ Gen. xlix, 4.

+ Mich. i, 7.

+ Poeta. scilicet
Ovidius, amora. lib. i,
Je. xxxiii, 1.

renunciavimus, ut dicit Augustinus: Abrenun-
ciastis diabolo et omnibus pompis eius, et operi-
bus et ydolis, sortibus et auguriis, furtis, frau-
dibus, fornicationibus, ebrietatibus, mendaciis,
et hec renunciatio debet fieri non solum ver-
bo, sed facto. Unde idem Augustinus: Renun-
ciate diabolo non solum vocibus sed etiam
moribus, non tantum sono lingue, sed etiam
actu vite, nec tantum labiis sonantibus, sed
etiam operibus renunciantibus. Debent
etiam monere patrum filios ut caritatem
(teneant. Hoc est quod Deum diligant et
ecclesiam frequentent. Juxta illud: Primum
querite regnum Dei. Que nos docuit facere
Dominus exemplo suo. Matth. xxj: Intravit
(Jesu) homo in templum ibi dicit Glo: Ingressus
urbem primo templum adiit. Pars formam
religionis ecclesiam debent frequentare uni-
versi maiores et minores, quia ipsa est do-
mus refugii contra demonum incursus. Genes.
xvj: Terribilis est locus iste. Item ibi sunt
scole Domini ad instruendum fideles. Unde
docbat eos in templo. so. vj, Isa. j: De Syon
exibit lex et verbum Domini de Jerusalem.
Item est ibi locus orationis Matth. xxj: Do-

Augustinus

Augustinus

(fol. 6.

+ Matth. vi, 33.

Matth. xxi, 12.

+ Gen. xxviii, 17

+ Joan. vii, 14.

Is. II, 5.

+ Matth. xxi, 13.

mus mea, domus orationis vocabitur. Jo. ev. 4. + Joann. IV, 20.
Jerusalem est locus ubi adorare oportet. Item
in Jerusalem erant habitantes viri religiosi + Act. II, 1.
quorum exemplo poterant instrui, accendi,
informari advenientes. Sic precipue iuvenes
debent ire ad ecclesiam, ut ibi verbo predica-
tionis instruantur. Orationibus suis attendan-
tur exemplo advenientium moribus infor-
mentur.

De instructione magistrorum.

Non solum autem parentes aut patrimi de-
bent pueros instruere sed etiam magistri,
quia et ipsi loco sunt parentum, sicut dicit
Quintilianus: Magna, inquit, adhibenda est + Quintilianus
cura ut teneriores annos a culpa defendat san-
ctitas doctoris. Sumat ergo parentis animum
erga discipulos, et se in eorum locum succe-
dere credat, a quibus liberi traduntur. Disci-
puli autem doctores suos quasi parentes
debent reputare. Unde Quintilianus: Disci- + Quintilianus
pulos ammoneo ut doctores suos non minus
quam ipsa studia ament parentes. Quia
eos non corporum quidem sed animarum cre-
ant.

De

De moribus magistrorum.

Notandum est quod doctor debet esse plenus bonis moribus et a viciis alienus. Unde philosophus: Nemo recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat et amorem innocentie conversatione demonstrat. ^{+ Philosophus} Quintilianus: Doctor vicia nec habeat, ^{+ Quintilianus} nec ferat minime quod sit iracundus, non tamen eorum que emendanda erunt dissimulatur. Interrogantibus libenter respondeat, nec interrogantes ultro percunctetur. Idem. Non solum carendum est crimine turpitudinis, sed etiam suspicionem. ^(Seneca) Gen: Eligamus non ^{+ Seneca} eos magistros qui verba magna cum celeritate precipitant, sed eos qui vitam docent qui cum dixerint quod faciendum est. Nunquam in eo quod fugiendum est, dixerint comprehenduntur. Idem: Elige adiutorem quem ^{+ Seneca} magis admireris, cum videris, ^(quam) quem cum audieris. Augustinus: Desine inquirere nescio ^{+ Augustinus} quem quam malum doctorem, qui si doctor est, bonus est, si malus est, doctor non est. Boetius: ^{+ Boetius} Quisquis officium magistri prosequi desiderat, universa morum honestate oportet ut polleat.

De malis doctoribus.

(male additur tibi)

Est sciendum quod inter malos doctores unus
multum est reprobandus, qui neglecto
profectu puerorum studet avaricie, qui magis
cogitat quomodo pecuniam acquirat quam
quomodo pueros instruat et informet. Et scien-
dum certissime quod avaricia magistrorum
et bacellariorum super alia scolas destruxit
et profectum puerorum impedivit. In quibus
sunt. Quia dictum est a quibus pueri debent
instrui, videndum est in quibus sunt pueri
instruendi, scilicet in fide, moribus et scien-
tia. Et primo de fide dicendum est. Augustinus.
^(Rom. 9) Nemo incipit nisi ab initio fidei. Nam
secundum ipsum. Augustinus: Fides in ani-
ma dixit bonam. Et idem Augustinus: Fides
vobis primo predicanda est. Secundo spes.
Tertio caritas. Ut fides credat, spes accipiat,
caritas iungat. Quia in summa de virtuti-
bus [†] sufficienter dictum est. De hiis ibi, de eis [†]
requirendum. Pauca tamen de fide dicemus.
Quia sicut Augustinus, ubi de fide agitur, lon-
go non est opus sermone. Est autem acceptio
fidei per inspirationem. De multiplici acce-
ptione fidei. Ut patet in Paulo, qui non ab
homine

† Augustinus

† Augustinus

† Augustinus

† Summa De Virtutibus

† Augustinus

homine, neque per hominem accepit eam,
sed per revelacionem Ihesu xpi. Gal. 1. Item ^{+ Gal. I, 12}
per doctrinam. ^{Rom.} Co. x. fides ex auditu. Item per ^{+ Rom. 8, 17}
Creationes naturales Co. ^{Rom.} 1: Invisibilia Dei etc. (fol. 6^v)
Glos: Opus fecit quod opificem in sublimitate ma- ^{+ Rom. I, 20}
nifestavit. Gregorius in Moralibus: Per verbum ^{+ Gregorius}
vocis manifestatur verbum mentis. Sic per
verbum ^{exercitum} exercitum operis verbum unigenitum
patris. Item per revelacionem in figuris ut
Abraham. Est autem ^{fides} fides omnibus modis
accipienda. Unde Augustinus ^{+ Augustinus} in libro symbo-
li: ^{recipite} Decipite regulam fidei, quod symbolum
dicitur. In corde scribite cotidie ^(sic) dicitur an-
tequam dormiatis, antequam procedatis ve-
stro symbolo vos munite. Observare symbo-
lum sic compositum dicit Maximus episco- ^{+ Maximus}
pus. Apostoli, inquit, instituerunt symbo-
lum, ^{symbolo} credi symboli crediderunt, ut quia in
uno xpi nomine credentium erat fictura
Domini sic componit fictas propugnaculum
fidei symboli inter fideles perfidos quia
se cerneret et alienus a fide atque ho-
stis appareret Ecclesie. Qui aut ^{autem} tanquam
baptizatus nescisset, aut tanquam hereti-
cus corrupisset, ^{sic} sicut maximus, hoc est

symbolum cuius veritas unumquemque cre-
dentium efficit xpianum. Hoc est symbolo-
lum quod viventes sanctificat, et mortuos
reducit ad vitam. Augustinus: Iste creatio-⁺nis ordo est ut baptizandi credant in Pa-^{+ Augustinus}

trēm et Filium et Spiritum Sanctum, eo ri-
tu quo symbolum traditur, et a mortuis
operibus agant penitentiam. Augusti-⁺nus: Precte xpiano nec auguria nec ali-^{+ Augustinus}
qua ficimenta nocere possunt, quia ubi
signum crucis cum fide et timore Dei pre-
cesserit nihil ibi nocere poterit inimicus.

Item Augustinus: Sive tunc sive quod-⁺cunque operis accipiatis signetis vos in
nomine xpi, et symbolum et orationem
Dominicam cum fide et devocione dicite,
et nichil vobis nocere poterit inimicus. ^{+ Augustinus}

Item Augustinus: Sive sedeatis, sive am-⁺buletis, sive lectum ascendatis sive a stra-^{+ Augustinus}
tu surgatis iugiter signum crucis mu-
niat faciem vestram, ut vos semper Dei
memoria vigilantes protegat, et in so-
pore custodiat, et quotiens in nocte exci-
tabit, et sompnus evolaverit, mox labiis
signum crucis occurrat, mens et in ora-
tionibus

tionibus occupetur. Atque Dei precepta in corde
volvantur, ne stupido peccatori subrepat
ad animam avidus inimicus, et cum in
sensu turpem suggesserit cogitationem,
proponite vobis iudicium futurum, in-
ferni supplicium, et statim turpis cogi-
tatio evanescet. De bono ille bonus xpia-
nus est qui nulla philacteria vel in-
ventiones diaboli xpiano credit qui de
fructibus suis non gustat, nisi prius Deo
offerat, qui stateras dolosas et mensuras
duplices non habet, qui filios suos docet,
et quotiens sancte sollempnitates adve-
niunt, aut plures dies castitatem etiam
cum uxore propria custodit; ut cum se-
cura conscientia ad altare Domini possit
accedere. Qui symbolum et orationem Do-
minicam memoriter tenet, et filios et fami-
liam eandem docet. Item Augustinus: La-
borate ut nomen xpianum non sit fel-
sum in vobis. Item Augustinus. De vita
xpiana: Non in hoc vobis nomine tantum
quod xpianam dicimus blandiamur sed
per hoc etiam vos iudicandos credamus.
Si vobis hoc nomen frustra vendicemus.

Sutor ut dicatur necesse est ut calciamenta
reficiat. Vocetur quis faber artis periciam *fig. i. pericia*
facit. Ut negociator nuncupetur quis
carius quod vilius emerat distrahit. Hu-
iusmodi exemplis agnoscimus nullum si-
ne actu nomen, sed omne nomen ex actu.

Quomodo ergo tu xpianus diceris in quo
nullus est xpiani actus. Xpianus enim
iustitie, bonitatis, integritatis, patientie,
castitatis, prudentie, humanitatis, inno-
centie, pietatis est nomen, et tu illud quo-
modo defendis et vendicas, qui de tam plu-
rimis rebus nec pauca habes, vel facis.

Item Augustinus: Xpianus ille est qui *† Augustinus*
non nomine tantum sed et opere xpm in
omnibus imitatur et sequitur, qui sanctus,
innocens, incontaminatus, intactus est, cu-
ius in pectore (sola pietas consistit et bo-
nitas, qui nemini novit nocere, nec ledere. *(fol. 7.)*

Idem ille: Xpianus est qui exemplo xpi
nec inimicos novit odire, sed magis ad-
versitantibus ^(sic) sibi benefacere, et pro perse-
cutoribus suis et hostibus exorare. Item

Augustinus: Ideo xpiani facti estis, ut
semper opera xpiana faciatis. Item

Augustinus:

Augustinus: Oblationes et decimas ecclesiis
^{offerre} offerre, luminaria sanctis locis iuxta id
quod habetis exhibete. Item Augustinus:

Augustinus

Augustinus

Omni die Dominico ad ecclesiam convenite,
et non causas aut rixas, aut ociosas fabu-
las agatis, sed lectiones divinas cum silen-
tio ^{ascultate} ascultate. Qui enim in ecclesia fabula-
ri non timet, et ipse pro aliis redditurus
est rationem, dum nec ipse verbum Dei
audit, nec alios audire permittit. Item
Augustinus: Obtestor ut nullas pagano-
rum sacrilegas consuetudines observetis,
non divinos, nec sortilegos, nec pro ulla
causa aut infirmitate eos consulere, aut
interrogare presumatis; qui facit hoc ma-
lum perdit baptismi sacramentum. Simi-
liter auguria vel sternutationes observa-
re nolite, aut in timore positi aliquas
aviculas cantantes attendatis. Item nullus
xpianus observet qua die domum exeat,
vel qua revertatur, quia omnes dies Deus
fecit. Nullus ad inchoandum diem vel lu-
nam attendat. Nullus in kalendis Janua-
rii nefanda vel ioculos faciat nec men-
sem super noctem componat. Nullus ad

~~frama~~ frana, nec ad petras, vel ad fontes, vel
ad arbores, vel per trina luminaria faciat,
aut vota reddere presumat. Et si a clericis
fiat et dicatur quod res sancta et in lectione
divina contineatur, quia non est in eis reme-
dium xpi, sed venenum diaboli. Si quos co-
gnoscatis vel occulta aliqua exercere expe-
dit, ut nec cibum cum eis sumatis nec ul-
lum consortium apud illos habeatis.

De instructione puerorum in moribus.

Actum est de fide nunc autem de moribus
in quibus instruendi sunt pueri videamus.

Ambrosius[†] De officiis: Est bonorum adolescen-[†] Ambrosius
tium timorem Dei habere, deferre parenti-
bus, honorem habere senioribus, castitatem
interni non aspernari, humilitatem, dili-
gere clementiam, conservare verecundiam,
que ornamento sunt in minori etate. Cy-
prianus[†] De iustitia. Sicut de senibus sobrie-[†] Cyprianus
tas, et morum perfectio requiritur, ita in
adolescentibus obsequium et subiectio et obe-
dientia. Origenes[†]. Pedes qui ^(currerant) querebant ad
demonum ^(nunc) templa non currant ad ecclesiam,
qui currebant ad effundendum sanguinem,
nunc currant ad liberandum. Manus que
aliena

aliena rapiebant nunc largiantur sua. Oculi qui circumspiciebant ad mulieres, aut ad alienum aliquid concupiscendum, nunc circumspiciant pauperes ad miserendum. Aures de vanis et de detractionibus convertantur ad audiendum verbum Dei. [Io. ad Nepocianum de quodam: Primo eius et omne convivium erat de scripturis aliquid proponere, libenter audire, verecunde respondere. Item suscipere prava nec acriter confutare disputantem contra se magis docere, quam vincere. De sancto Basilio dicitur: ^{Basilius} Docuit discipulos amare mundiciam, impossibilitatem corporis, gressum mitem, vocem temperatam, verbum bene ordinatum, escam et potum in tumultuosum, ad seniores taciturnitatem, ad sapientiores auditionem, ad solennes subiunctionem, ad equales et minores caritatem non fictam, pauca dicere, plurima audire, non temerarios in verbo, non superhabundare sermonibus, non faciles esse ad risum, verecundia ornati, cum mulieribus irreverentibus non disputare. Deorsum visum sursum habere animum, fugere contractiones, nec magistra

lem usurpare dignitatem, nil existimare
seculi honores. Hoc est oportunum studium.

De honore parentum.

Debent boni pueri honorare parentes, iuxta
illud: Honora patrem et matrem. ^{Exod.} Eccl. iv. Qui
timet Deum honorat parentes et quasi divinis
serviet hiis (qui se genuerunt in opere et ser-
mone et omni patientia. Augustinus: Primus
gradus pietatis iste est: Honora obsequiis,
abstine a contumeliis. Eccl. iv. Non contristes
eum in vita ipsius. Eugenius. Nec vultu qui-
dem ledenda est pietas parentum, si vis ef-
fugere infamiam a populo, et maledictio-
nem a Deo, qui exasperat matrem. Qui ho-
norat patrem vita vivet longiore. Contra
Joh. Cris: Iure amittit esse quod est, qui sper-
nit illos a quibus habet esse quod est. Item
econtra: Qui honorat patrem suum iocun-
dabitur in filiis. Unde Cris. Vere quicumque
quicumque est subditus Deo et parentibus suis,
tales filios generant Deo patrante a quibus
refrigerentur. Quoniam qui honorat patrem,
honorabitur a filiis. Qui autem contumaces
existunt, aut in Deum aut in parentes gene-
rantes, non refrigeria sibi generant sed dolores.

x Exod. XX, 12

+ Eccl. III, 8

(fol. 7^v)

+ Augustinus

Eccl. III, 14

+ Eugenius

+ Eccl. III, 18

+ Chrysostomus

+ Chrysostomus

Ut a filiis suis recipiant quod fecerunt in pa-
rentibus. Honora tuos, quia filius Dei suos ho-
noravit. Unde erat subditus illi. Est autem ^{x Luc. II, 21}
honor non solum honorificentie, sed etiam lar-
gitatibus. Pisce patrem tuum, pisce matrem
tuam, et si paveris matrem adhuc non red-
disti dolores. Non reddidisti obsequia quibus
ille te gestavit, nec reddidisti alimenta que
tribuit tenero pietatis affectu. Tibi illa man-
davit, tibi ieiunavit, tibi illa manducavit,
tibi vigilavit, tibi flevit et illam egre pa-
tieris. Si enim ^{non} propter gratiam et salutem
propter verecundiam pisce. Erat Isaac ^{x Gen. XXII, 9} re-
ferens patri honorem eo usque, ut adversus
paternam voluntatem nec mortem recusa-
ret. [†] Joseph quoque cum sompniasset quod
sol et luna et stelle adorarent eum, sedulo
tamen obsequio differabat patri. [†] Castus ita ^{† Gen. XXXVII, 10}
ut nec sermone quendam audire vellet
nisi pudicum. Humilis usque ad servitutem.
Verecundus usque ad fugam. Paciens usque
ad carcerem. Remissor iniurie usque ad
remuneracionem. Cuius tanta fuit verecun-
dia, ut comprehensus a muliere vestem in
manibus eius fugiens mallet relinquere

quam verecundiam deponere. Pulchra virtus est
adolescentium verecundia et suavis gratia, que
non solum in factis sed etiam in ipsis specta-
tur sermonibus ne modum progrediatis loquen-
ti. ^{Ne quid} Neque indecorum sermo resonet tuis. Spe-
culum mentis plerumque in verbis refulget.

De Susanna legitur: Susanna tacebat in pe-
niculis et gratiam verecundie quam vite
damnum putabat refugiebat ora interim
virorum. Est enim in oculis verecundia, ut
nec videre viros femina, nec videri velit. Est
etiam in ipso motu, gestu, incessu tenenda
verecundia. Habitus enim mentis in corpo-
ris statu cernitur. Finc homo cordis nostri
absconditus, aut levior, aut iactantior, aut
^{turbidior} turbior, aut gravior et constantior, et pu-
rior et maturior estimatur. De moribus
bene ^{super} legitur. ^{Bernardinus} Servandus parentibus
obediens et ^{subditus} subditus omnibus obediens, beni-
gnus et gratus. Domi simplex et quietus,
foris rarus, et ultra quam credi possit ve-
recundus. Nusquam multum loqui amans.

Deo devotus ut puram ei puericiam conservaret

De moribus virginum.

De moribus virginum dicit Cyprianus. Quo-
modo

+ Cyprianus

modo portavimus ymaginem terreni, ita por-
temus ymaginem celestis. Hanc ymaginem
portant discipline Dei memores, iusticiam
cum religione retinentes, stabiles in fide, hu-
miles in timore ad omnes tollerantias fortes,
ad sustinendas iniurias mites, ad faciendam
misericordiam faciles, fraterna pace una-
nimes et concordēs. Que vos singula, o bone
virgines, observare, diligere, implere debetis.
Durate fortiter, spiritualiter peragere, per-
venite feliciter. Ambrosius [†] De moribus beate ^{† Ambrosium}
Virginis: Virgo erat non solum carne, sed
etiam ^{mente} ~~mente~~, corde humilis, verbis gravis,
animo prudens, loquendi parcior, legendi
studiosior verum etiam merito divitiarum, sed
in prece pauperis spem reponens. In cuncta
operi verecunda sermoni, arbitrium mentis
non hominem sed Deum querere, nullum
ledere. Bona velle omnibus assurgere. Mai-
oribus natu, Equalibus non invidere. Fugere
iactantiam. Rationem sequi. Amare veritatem.
Quando ista vel vultu lesa pereuntes.
Quando fastidiunt humilem. Quando inni-
tauit inopem. Nil torvum in oculis. Nil in
verbis proca. Nil in actu inverecundum.

Beatus Bernardus ad quamdam virginem: Si-
gnum est quod sis virgo xpi si sis verecunda
^{ad videndum}
ad audiendum, ad loquendum, ad tangendum,
ad omne quod impudicum est faciendum. Sa-
piens verecundia est expugnatrix malorum,
propugnatrix puritatis, specialis gloria con-
scientie, fame custos, vite decus, virtutum
sedes, virtutum primicie, nature laus, insi-
gne totius honesti. In predictis et similibus
debent informari.

De scientia in qua pueri sunt
instruendi.

Postquam dictum est de fide et moribus in
quibus pueri sunt informandi videndum est
de scientia in qua tam pueri quam puelle
sunt instruendi. Circa quem consideranda
sunt tria, scilicet que sit scientia in qua
pueri sunt instruendi. Quomodo potest acqui-
ri. Et que utilitas acquirendi. Et sciendum
quod instruendi sunt in scientia que magis
et melius dirigit ad salutem. Unde B.^s Scire
ea prius ampliusque curato que senseris
viciniora saluti. ^{10.} Discamus in terris
quorum nobis scientia perseveret in celo.
Hec est sapientia sanctorum, de qua beatus

Bernardus

+ Bernardus
(fol. 8.)

+ Bernardus?

+ Joannes

Bernardus dicit: Invenisti plane sapientiam
si prioris vite peccata defleas. Si huius mun-
di desideria parvipendas, si etiam eternam
vitam toto desiderio concupiscas. De hac dicit
Lactantius: Virtus cum scientia iuncta est
sapientia. Naturam teneri hominis omnes
habent, voluit esse ut duarum rerum cupidus
et appetens esset, scilicet religionis et sapien-
tie, et homines ideo falluntur. Quoniam
aut religionem suscipiunt, omissa sapien-
tia, aut sapientie soli student, religione
omissa. Cum alterum sine altero unum
esse non potest.

Quare acquirenda est scientia.

Debet autem acquiri sapientia, quia si-
cut quod dicit Hugo: Primum in vita sola-
cium est sapientie studium. Lactantius: Nul-
lus est suavior anime cibus, quam cogni-
tio veritatis. Guillelmus: Quid dulcius litte-
rato ocio. Hugo: Principium doctrine est in
lectione, consummatio in meditatione, quam
quisquis familiarius amare didiscitur io-
cundam valde vitam reddit, et magnam
in tribulatione prestat consolationem. Unde
Jo. S.: Si quicquam est quod in hac vita se-

pientem virum teneat, et inter pressuras ac
turbines mundi equo animo manere persuadeat
id esse vel primum, ^{reor} ~~per~~ meditationem et scien-
tiam scripturarum.

